



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

De vitiatis sine propria culpa, parag 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

formitatem, seu corporis vitium afferit. Differunt nihilominus; Infirmus enim integratim membrorum regulariter supponit. Vitium vero dicit aliquid membra defectum.

a Sint ergo hic regulæ ducet. Tunc in homine oritur hæc Irregularitas, quando ita pars corporis aliqua ipsi defecit, vel ita redditus est debilis, ut inutilis sit ad ministerium Altaris. Rursus, tunc eadem Irregularitas oritur, quando ipse ex quoconque simili corporis vitio, seu qualitate redditus est notabiliter deformis. Ratio utriusque regulæ est, quia à Sacrificante, necessario, multæ membrorum actiones fieri sine ullo defectu debent, & nihil indecens, vel contemptibile in eo apparere, conveniens est. Sed proferamus singula eiusmodi vitia, de quibus multa habes in Decretalibus Toto Titulo de Corpore viatiis nonnulla item in Titulo non Clerico agrotante, & in Decreto dist. 55.

## §. I.

*De Corpore viatiis, abstrahendo à propria culpa.*

## C O E C U S.

1. **C**arens oculis, vel visu Irregularis nimis a certo est.  
 2. Si autem alicui unus oculus, vel unius oculi usus deficit, sic distingue; si deficit dexter, & notabilis defectus, seu deformitas non apparet, vel per artem sufficienter tegatur, Irregularis non est. Si deficit sinister (quem Vulgus oculum Canonis appellat) adest per aliquos Doctores Irregularitas. Sed nimis rigide. Quare merito per alios, si, ex quoconque capite, legendo, vel recitando Canonem, non debeat Sacerdos, se cum notabili deformitate convertere ad illum legendum (quam certè deformitatem facilius eum evitare) Irregularitatem ex hoc capite & ne pertimescat.  
 3. Qui peripicilijs indiget, qui de die solum, non vero noctu videt, Qui maculam habet in oculo, Quilippitudine, qui palpebrarum demissione, inversione, biam laborat. Qui, oculos habet distortos, qui strabo est (Italice guereto) non sunt & ex se Irregularis, nisi forte nimis deformes (quod certe in predictis defectibus difficile est) spectantibus apparent. Si tamen aliqua sit dubitatio, Episcopi erit, vel Praelati Regulatis, rem decernere, ut in simili dictum est superius.

4. Si perfecta cœcitas superveniat Ordinato, celebrare sanè prohibetur, quia ad sacras actiones peragendas, ineptus omnino est. At, si luscus sit, id est parum videns sed eius ratiōnis, ut, nec indecorum, nec cum periculo errandi Sacrificium peragere, queat, celebrare poterit, ascito præsertim Sacerdote, qui assistat. Atquè huic, si legera non possit, sed memoria Missam aliquam v. g. Defunctorum, vel Sanctissimæ Virginis recitare sciāt, illam celebrare posse concedit rectè Maranta, a Intellige, si cætera rite, saltem alio Sacerdote assistente, peragat.

## S U R D U S.

5. Ultraque aure omnino Surdus, Irregularis est, quoad Ordines suscipiendos, quia non potest congruerter Ordinis usum exercere, cum non audiat Ministri responsionem. Ita b Castropalus cum alijs, dicens, id definitum esse Canone Apostolorum septimo.

6. Scio & Heuriquez sentire, non esse Irregularem, quia non est simpliciter necessarium, ut sacrificans audiat responsiones Ministri, cum talis sit, si certo moraliter putet, cum res pondisse. Sed certè id minus rectè dictum est (ut notat Suar. d.) promovendo ad Ordines, cum tamen dictum sit recte, si eiusmodi defectus superveniat iam promoto, ut in simili de luso dictum est superius; siquidem in iam promoto facilis tolleramus eiusmodi defectus, quam in promovendo, præsertim, si secretio, & sine notabili indecentia celebretur Sacrificiū.

7. Surda ster, vel, qui una tantum aure audit, non est Irregularis, quia sic supponitur, non deficere ab apte celebrando.

8. Carentem ultraque aure, immo altera dumtaxat, licet is Surdus nequaquam sit, Irregularis esse affirmant Navarrus, & aliique ex illo principio, quia caret membro corporis, Sed melius negant Coninch, f & alijs, quia principium illud non admittitur in universum; membris enim carentia, quando est sine culpa, tunc solum Irregularitatem patit, quando deformitatem, vel debitatem affert.

## M U T U S.

*Vel defectum patiens in ore,*

8. Mutum Irregularis esse, quis in controversiam verit? Si g enim est clinguis, vel facilitate caret loquendi, certe ministeria Ordinis pronuntiare non poterit.

E 2

9. Bal-

de arbitr. c.  
226. fine  
Avil. de  
Cen. p. 7.  
d. 3. d. 1.

a Maran-  
tag. 4. Resp.  
22.

b Castro-  
pal. de Con.  
d. 6. p. II. n.

3. Suar.  
Bonac. c.  
Nau. Lay.  
ap. eundem  
c Henrig.  
l. 1. 4. c. 8. n.  
4. lo. Prop.  
q. 5. de Ir-  
reg. dub. 14  
nu. 113.

d Suar. de  
Cen. d. 51.  
scil. 2. n. 13.  
cui addit  
Navar. Be  
nac. Laym.  
allatos &  
Castrop. l.  
c. & Turri  
de Cen. l.  
9. d. 72. dñ.

4.  
e Nav. in  
summa c.  
17. n. 222.

Sayr. de  
Cen. l. 6. c.  
8. n. 17. Fill  
tr. 19. c. 6.  
n. 189.

f Coninch.  
l. c. n. 108.  
lo. Prop. l.  
c. n. 113.  
Diana p. 4  
tr. 2. r. 73.  
g DD. ci-  
tatis.

9. Balbus autem, seu Blesus, id est, qui in loquendo aliquantulum præpeditur, Carentes dentibus, vel ilorum aliquo, Male olens ore non sunt Irregularis, & nisi notabilis adsit deformitas, vel occasio risus, seu contemptus, &c. & in dubio, arbitretur Episcopus, ut supra.

10. Qui labium d. visum turpiter gerit ad instar leporis, qui ita demissum, ut dentes enormiter appearant, Irregularis est. Verum notabilis lud (turpiter, enormiter).

## MANCUS.

11. Ultraque vel altera manu mutilus digitis omnibus, vel pollice, & indice, ita carentes, vel ita iis tremulis, ut hostiam frangere, vel eandem, Calicemve tenere nequeat, multo magis si haec patiatur in brachiis Irregularis est.

12. Cui tamen adsumt digitus sine ungnibus, vel digitiplures, vel inter se uniti, &c. Si id, nec ministerio noeat, nec deformitatem patiat, Irregularis est ne sit.

b Idem

c Vgol. de

Erreg. c. 48.

Fell. tr. 19.

s. 6. n. 132.

d Idem

13. De carente uno, vel altero ex minoribus digitis, videat Episcopus, an deformitatem aferat, & in alterutram partem decernat. *d*

## CLAUDUS.

14. Si quis ita sit claudus, ut ad accedendum vel standum in altari, baculo non indigeat, deformisque, vel indecorus altari non sit, ab Irregularitate illum liberant jura, & secus condemnant.

*e C. Si quis in infirmit. 15. At vero crure, aut pede mutilus Irregularis absque dubitatione est.*

*f Nullus E. 16. Sed quid, si pede, aut crure ligneo, ita sit pise. de Cō- instructus, ut deformitas nulla, vel certè modi- secrat dispe- ca appareat? præsentim vestium oblongarum x. Caſtrop. usque ad talos auxilio?*

*de Cenf. e. de Cenf. 17. Respondeo, Sayrus f docet, hunc esse abso- lute. p. 11. lute Irregularis. Verum puto g cum aliis, pe- n. 3. aliq. rinde, ac in carente auribus num. 7. diximus, f Sayr. l. 6. distingendum esse. Si modicus sit defectus, tegique possit, nulla est Irregularitas pertinenda, si magnus, vel notabilis, vitari Irregularitas nequaquam potest. Si dubius, Episcopus, seu Superior arbitretur, memori doctrinæ numero eodem data, hoc est, membrum carentiam sine culpa non patere Irregularitatem, nisi de- bilitatem vel deformitatem afferat.*

*g Rosella. 18. Varos Latini vocant, quibus in exteriori- Silvest. 19. Claudus. 20. Color, sive albus, sive rubeus, sive subfuscus non nocet altari. e solum duo sunt ad- denda.*

*h Majol. ap. 21. Primo. Qui ut pulcro nitat colore faci- em facio oblinxit, crineque, ac barbam mentito-*

*tingit colore, non est admittendus (ait ibidem Majolas f) nisi post paenitentiam, ad Ordines:*

*i.e. Clem. 22. nam teste g Clemente, Mensem veram vix gerit,*

*qui caput habet adulterinum,*

qui Suras ambas introrsus intortas, ferunt, cu- jusmodi sunt lacertarum pedes Compernes ve- ro, qui genibus, plus justo conjugatis, ambu- lant. Hi ergo cum communiter deformitatem afferant, vel ad risum moveant, ab Altari re- moveantur, nisi Judicio Episcopi nulla sit, vel modica, vel certè tegi possit deformitas. Get- tè a Quintilianus Varicare, inquit, supra mo- a Quintil- dum, & in stando, deformis est, & accedente motu, prope obscenum.

## Deformis in Naso, vultu, gutture.

18. Naso vel illius parte carentes, Irregularis ex se est, quia, quæ exigua deformitas est in cæteris membris, magis conspicua est in Naso. Sitamen, alicuius artus ope, carne, vel forma carnem imitantem, indecorus non appareres, Irregularitatē effugeres. Verum tum in hoc, tum in Naso valde promisso, vel demissio valde, judicet Episcopus, an notabilis adsit de- formitas.

19. Idem dic de cicatrice, vel simili existente in vultu. Idem in strumis, seu tuberibus existen- tibus in eodem vultu, vel gutture, de quibus lege Vgoliniū, b & Filiūlū, c

## Deformis in variis corporis partibus.

20. Caput gerens valde ingens Pigmeo cor- pori adjunctum, duo habens capita, Unum in fronte fixum ferens oculum, Tres habens manus, vel pedes, Os porco simile protendens, plures habens ita digitos, ut deformis, vel ineptus ad Sacram tractandam hostiam sit. Cicatricem feedam, vel vulnus ostendens in facie. Enormiter gibbosus, Brachium alterum longissimum, alterum brevissimum habens, Gigantea, vel Pigmea statura ita longus, vel brevis, ut horrorem, risumve moveat, & similes sunt d Irre- gulares, & in dubio notabilis deformitatis sunt arbitrio Episcopi subjiciendi, ut nimis sapienter dictum est.

21. Color, sive albus, sive rubeus, sive subfuscus non nocet altari. e solum duo sunt ad- denda.

22. Primo. Qui ut pulcro nitat colore faci- em facio oblinxit, crineque, ac barbam mentito-

*tingit colore, non est admittendus (ait ibidem Majolas f) nisi post paenitentiam, ad Ordines:*

*i.e. Clem. 22. nam teste g Clemente, Mensem veram vix gerit,*

*qui caput habet adulterinum,*

23. Se-

23. Secundo. Qui omnino niger est, puta Etiops, an ex uno hoc capite, arcendus sit ab Ordinibus, duæ sunt sententiae. Majolus a. Gavant. non esse arcendum, putat esse arcendum, putat Ugolinus, b. si promovendus sit apud gentem candidam, nisi non sit admodum niger.

24. Vera sententia est, c. quæ docet, relinquitur quid Episcopi iudicio, qui, omnibus expensis, videat, an indecorum sit, vel, an sit scandalum ejusmodi hominem initiari, juxta Populi in Gal. de quo versatur, mores. Constante autem defor- irregular. 3. mitate, seu declarata ea ab Episcopo, solus summus Pontifex, vel Delegatus ab ipso di- b. Vigil. de spensare poterit, ut mox universaliter dice- irregular. c. mus.

## §. II.

## De predictis corporis vitiis propria culpa contingentibus.

1. Quæ haec tenus dicta sunt, pertinent ad viua corporis, abstrahendo à delicto illa patientis. Verum, si propria contingentia culpa, alia strictior regula ex sacris Canonibus est statuenda. Si enim cum nulla tua culpa defitisti, vel débile adsit aliquid membrum, nec indè ineptus, vel deformis existas pro sero Ministerio, non eris irregularis, ut jam diximus paragrapto prædicto. At vero, si tua culpa id accidat, certè Irregularis eris juxta sequentem regulam. Quoties enim per tuam culpam abscondis partem corporis, toties, ipso facto, ineutris in Irregularitatem, & quidem non solum, quando per illam abscessum fieres inhabilis, vel deformis, ut, si tibi ex ira manum absconderes, verum etiam, quando, nec inhabilis fieres, nec deformis, ut, si tibi absconderes ex ira pedem, cujus defectum tegerem omnino posses.

2. Ratio hujus Regule est, quia sacri Canones, in peccatum delicti, quo quis audet in se ipsum crudeliter agere, eum repellunt ab altari, sicuti repellunt eum, qui alteri membrum aliquod munit, quamvis talis membrisarentia, nec impedit illum alterum pro altaris ministerio, nec deformem redderet, ut inferius suo loco explicabimus. Ut hæc regula magis, magisque declaretur, quinque sunt subiectandæ Notationes.

## Notatio Prima. Qualis Culpa?

3. Quoniam hæc Irregularitas infligitur in

peccatum delicti, supponendum est, delictum fuisse mortale; tanta enim peccata, quanta est Irregularitas ex delicto, non est, nisi culpæ gratiæ adnectenda juxta superius dicta.

## Notatio Secunda. Qua Corporis pars.

4. Si partem, seu membrum tui corporis abscondas, imo, si partem notabilem alicuius tui membra, Irregularis eris, non vero, si, particula carnis.

Ratio est, quia prædicta iura a de parte corporis, seu membra loquuntur, non de particula, de qua dici potest, parum pronihilo reputatur. Hæc sunt verba Canonis,

5. Qui partem cuiuslibet digitii sibi volunt absconditis, hunc ad Clerum Canones non admittunt.

6. Hinc excusat communiter Doctores ab Irregularitate abscondentem, unguem, barbam, capillo, & hæc enim, vel partes corporis vix sunt vel admodum parvæ, non tamen excusat, si partem digitii sibi quis abscondat, si testiculos, si virilia, si digitos pedis, quamvis nihil inde à sacri Ministerio aptitudine dematur, quia sunt notabiles membra partes.

7. Atque hinc notes, velim, per diligenter, differentiam inter cum, qui abscondit à te corporis, seu membra partem, & inter eum qui eandem abscondit ab alio. Nam, ut prior incidat in Irregularitatem, satis est, si abscondat partem membra, at, ut posterior in eandem incidat, oportet abscondere non quamcumque membra partem, sed membrum fere totum, juxta ea, quæ inferius c. 15. paragr. 16. an. 4. clarius explicabimus.

## Notatio Tertia. Quæ culpa, vel defectus Notitia?

8. Si, vel tua culpa sit occulta, & non notoria, vel occultus, vel non cognitus tui membra, seu ejus partis à te tibi abscessæ defectus, adhuc b. eris Irregularis, quia id, quod Jura b. Castrop. plectunt, est delictum scivitæ in seipsum, quæ L. 1. c. cum semper adest, sive notoria sit, sive non ita. Esto Sayr. Mot. Navarr. & aliique notorietatem omnino sequuntur.

9. Illud tamen emolumentum habet hæc culpa, seu abscessio, etiam integræ propriæ membra, quando est occulta, ut possit. Irregularitas Covar. ap. indè provenienti dispensari ab Episcopo, quia Castrop. L. C. Triden.